Mythologia, Padoue, 1616 - 33 : Naissance de Minerve

1 médaillon

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 57 : Naissance de Minerve ; Mercure et Minerve Hermathéna *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 57 : Naissance de Minerve ; Mercure et Minerve Hermathéna *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

Mythologie, Lyon, 1612 - 24 : Naissance de Minerve ; Mercure et Minerve : Hermathéna *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 33 : Naissance de Minerve ; 1 médaillon, 1616

Consulté le 09/08/2025 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7752

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 157
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7752?context=pdf

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7752?context=pdf

Qui tamen videtur libro 3. diuerſas Mineruam & Palladem credidiſſe, cùm ita ſcribat: *φασὶ γεννηθεῖσαν τὴν ἀθηνᾶν, παρὰ τρίτωνι τρέφεσθαι, ᾧ θυγάτηρ ἦν παλλάς. ἀμφοτέρας δὲ ἀσκούσας τὰ κατὰ πόλεμον, εἰς φιλονεικίαν προελθεῖν. Fama eſt natam Mineruam apud Tritonem educatam fuiſſe, cui filia erat Pallas: atque ambas cum res bellicas exercerent, in contentionem veniſſe:* verum cum Pallas Mineruam eſſet vulneratura, Iouem veritum illi ægidem obieciſſe. Tum territa Pallas reſpexit ad ægidem quo tempore à Minerua vulnerata obiit: quod ægrè ferens Minerua eius effigiem effinxit, thoracique ac pectori ſuo ægidem, quã timuerat, iniunxit: quod Palladium poſtea ſequentibus temporibus fuit ad Troianos delatum. Nam vt ait Apollodorus Pallas Tritonis filia fuit ac Mineruæ alumna. Alii dicunt, inter quos Athenodorus fuit Byzantius, Thetidem in varias formas verſam denique cõpreſſã à Ioue fuiſſe: quæ cũ eſſet grauida, audiens Iupiter fore vt ex ea naſceretur, qui cæli imperio potiretur, illam abſorbuit: quare ipſe grauidus factus apud amnẽ Tritonem peperit. At verò ridiculum videtur, quòd modò è Ioue, modò è Tritonide palude, modò è Cranao, vt ſenſit Zezes, nata ſit. Verùm illud accidit, quia plures fuerunt Mineruæ, de quibus ita Cicero in tertio de Natura Deorum: Minerua prima, quam Apollinis matrem ſupra diximus: Secunda orta Nilo quam Ægyptii Saitæ colunt. Tertia illa, quam Ioue generatam ſupra diximus: Quarta Ioue nata & Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inuentricem ferunt: Quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt. Atqui harum Mineruarum omnium facinora ad vnam Iouis filiam tertiam referuntur, ſicuti de Ioue & reliquis Diis dictum fuit. Ferunt natam Mineruam à Dædale nutrice educatam fuiſſe, muliere ſanè ingenioſa, & ad omnia præclara opera prompta, quæ illam in teneris annis omnibus artibus ingenuis erudiit, vt ſcriptum reliquit Poſidonius in libro de Diis & Heroibus, Callimachus in hymno in lauacra Palladis, non ſolùm eandem Palladem & Mineruam eſſe cenſuit, verùm etiam oſtendit, quidquid Mineruæ collibuerit, idem Iouis nutu comprobari, in his:

Ὡς φαμένα κατένευσε, τοδ᾽ ἐντελὲς ᾧκ᾽ ἐπινεύσῃ.
Παλλάς, ἐπεὶ μώνᾳ Ζεὺς τόγε θυγατέρων
Δῶκεν ἀθηναίᾳ πατρώϊα πάντα φέρεσθαι.
Annuit his dictis Pallas, quodq; annuit illa
Perficitur. Natæ Iupiter hæc tribuit

Ipſe

Digitized by INTERNET ARCHIVE Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7752?context=pdf